



58  
 Geminantur di dona sperantibus & duplici exuberat gratia su-  
 perna beneficio largissime acibus celestium munerum unda  
 percurrat: transeunt aurientis ambitum quae a xpo ueniunt  
 fluentia donorum. sola uena est quae maciem nescit & defectus  
 abiurat. Tantum cursibus suis suggerens quantum meretur  
 peccatis sitientis accipere. Cui aduer tite quid occultus sapor in-  
 fundat: quando ardorem limpfa conciliat. & siccitatem labris  
 estuante animo irriguitas uiui fluminis gignat. Talis e uestra  
 rum ratio litterarum quae quantum afferunt desiderus satie-  
 tatem tanta parunt & augmenta quarum profunditas & bibit  
 & optatur. Et ita puro ditam quingite ut occulto ab eis uiscera  
 subfundantur incendio: In quibus cognatas uideo flammis  
 & pocula. & diuersitatem naturae in peregrina coisse concordia  
 domine mihi longum terris do nro tribuente uitae beatissimae  
 exemplum presta. & per religionis scae philosophiam non in hac  
 tantum uita sperandum esse contempti seculi presentis ostende.

INCIPIT VITA BEATISSIMI VIRI EPI FANI EPISCOPI

TICINIENSIS ECCLESIAE

Quamuis me urgeat suscipiendi operis anceps necessitas.  
 & eleuatione inposita sit nec meo labore uacuis. nec male-  
 dicorum disceptatione tractatus. In quo gemina cautio dictionis.  
 hinc ubertatem expectet ingenu. Inde etiam lingua diuitibus  
 narrandi frenos imponat. Cum ipsas eminentissimas. ut pu-  
 tantur in saeculo uana inflatione personas. si quis uentoso humi-  
 um studuerit eleuare praecomio. Aut intra gestorum terminu  
 inopia eloqui continere. utrumq. apud eas iudicetur ingratum.  
 In laudibus enim ipsis turpe est illa cedere. quae nec ille de quo  
 narratur agnoscat. sic in uiriosum & dolore dignum putatur.  
 illud perire silentio quod relaxio uera possit adtolle. & enim  
 res bene gestae ue terum nostrorum pro ferentis apud nos acci-  
 piunt facultate uirtutem. nam uere aut per & notitiae. aut ad-  
 tenuatum transit ad posteror quod ad explicandum pauper uer-  
 borum uena susciperet. & illa haud iusto liberior laudatio